

'Domine non sum dignus...': De priester bidt dit driemaal en klopt telkens op de borst.  
De misdienaar belt de eerste keer 1x, de tweede keer 2x en de derde keer 3x



'omnis honor et gloria': De priester heeft de H. Hostie en de kelk samen op 1x



Consecratie : > Bij de kniebuigingen voor en na de opheffingen van de H. Hostie en de kelk telkens 1x  
> Bij de opheffingen van de H. Hostie en kelk 3x



'Hanc igitur': De priester strekt zijn handen uit over de palla 1x  
Sanctus, Sanctus, Sanctus : 3x

Bellen gebeurt niet door te draaien of te rinkelen met de bel, maar door een opwaartse beweging van de onderarm.

## Bellen in de H. Mis

### PRÆPARATIO AD PEDEM ALTARIS

- S. In nómine \* Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.**  
**S. Introibo ad altáre Dei.**  
M. Ad Deum qui lætificat iuventútem meam.  
PSALM 42:1-5
- S. Júdica me, Deus, et discérne cáusam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me.**  
M. Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affigit me inimicus?
- S. Emitte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.**  
M. Et introibo ad altáre Dei: ad Deum qui lætificat iuventútem meam.
- S. Confitébor tibi in cithára, Deus, Deus meus: quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?**  
M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.
- S. Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.**  
M. Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sáecula sáeculórum. Amen.
- S. Introibo ad altáre Dei.**  
M. Ad Deum qui lætificat iuventútem meam.
- S. Adiutórium nostrum \* in nómine Dómini.**  
M. Qui fecit cællum et terram.
- S. Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Páulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitátione, verbo, et ópere: (percutit sibi pectus ter: dicens) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Páulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.**  
M. Misereátur tui omnipotens Deus, et dimissis peccátiis tuis, perducát te ad vitam ætérnam.  
**S. Amen.**

M. Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Páulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater, quia peccávi nimis cogitátione, verbo, et ópere: (percutit sibi pectus ter: dicens) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Páulum, omnes Sanctos, et te, pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

**S. Misereátur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccátiis vestris, perducát vos ad vitam ætérnam.**  
M. Amen.

**S. Indulgéntiam, \* absolutiónem, et remissionem peccatórum nostrórum, tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus.**  
M. Amen.

*Et inclinatus prosequitur:*

**S. Deus, tu convérsus vivificábis nos.**

M. Et plebs tua lætábitur in te.

**S. Osténde nobis Dómine, misericórdiam tuam.**

M. Et salutáre tuum da nobis.

**S. Dómine, exáudi oratiónem meam.**

M. Et clamor meus ad te véniat.

**S. Dóminus vobiscum.**

M. Et cum spiritu tuo.

**S. Orémus.**

*Et ascendens ad altare, dicit secreto:*

**Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introire.**  
Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Deinde, manibus iunctis super Altare, inclinatus dicit:*

**Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum reliquiae hic sunt (osculatur altare in medio), et ómnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.**

